



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacramentis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Reverendo Patri F. Joanni Bosco. Ordinis Seraphici, FF. Minorum Reg.
Observantiæ, S. Theologiæ Lectori Jubilato, Absolutum Opus, Theologiæ
Sacramentalis, Publici Juris Facienti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)

REVERENDO PATRI
F. JOANNI BOSCO,
Ordinis Seraphici FF. Minorum Reg. Observantia,
S. THEOLOGIAE LECTORI JUBILATO,
ABSOLUTUM OPUS,
THEOLOGIAE SACRAMENTALIS,
PUBLICI JURIS FACIENTI.

ALLUSIO

ad praefixum libro totius Ordinis Symbolum,
STUDIO & PIETATE.

M Agnus honor studium ; pietas laus major : honoris
Omne tulit punctum , qui simul ambo tulit.
Grandis apex , celsumque decus ! sed scansile solis
Grandibus , & paucis , nec sine Marte , datum.

*Eccle-
siastici.

Hanc tamen in paucis sibi vindicat Ordo decorem,
Ordo , * sacri florens Ordinis ipse decor.

Nemo roget , quis hic Ordo ? suae satis ordine vita
Noscitur , & radijs claret abunde suis.

Hic est , qui sociâ studium pietate maritat:
Quam non Francisco degener Ordo Patri!

His subit ardentem pro plebe Deoque labores,
His dogma exemplo , dogmate miscet opus.

Sic Patrem Ordo refert habitu , sed verius actus:
Quod docet , ipse facit ; quos monet , ipse praeit.

Zelus hic , haec ardens pietas , studiumque docendi
Seraphicum verè Te , Sacer Ordo , facit.

O benè ! dum studij & pietatis Symbola gestas,
Symbola , quae gestas , gesta probata probant.

Et probat ante alios hodie scribendo JOANNES,
Non minimus turma BOSCO Minoris honos.

Nam quis huic scripto scopus est & origo ? fidelis
Cum studio pietas , cum pietate Deus.

Aedificat pietate liber , pugnatque Novantum,
Qui liquidâ pugnans cum pietate , libris.

Sacramenta , Sacrae pietatis viscera , pandit:
Quid studio tali sanctius esse potest ?

Argumenta sacrae sophia subtilia promit:
Quid studio tali doctius esse potest ?

Perge pares dare , BOSCO , libros : deflectere nescis,
Dum calamum studio , Te Pietate regis.

GRATVLATVR GYMNASION SANCTAE TRIADIS.
PREFA-